



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Exempla, Divinæ Iræ, Per Opera Poenitentiae, Nobis Leniendæ

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

§.10. Infernu[m] qui credit, aut non credit, quid faciat?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52193)

rentur. Immo si vel hac quasi infinita duratione peracta, saltem tunc ab his tantis malis liberarer, omnia tolerabilia forent; sed pro dolor status meus est status æternus, finis expers, & tam diu perennaturus, quam diu Deus, & Dei iustitia est perennatura; semper omnia reuoluentur, semper denuo erit inchoandū: *In æternum omnia iudicia iustitia tua*, monuit ille, sed non credidi. Nunc scio; quia experior. O mare, o abissus ærumnarum! o æternitas! o æterna æternitas! Hæc sunt mea *immobilia mala*. Iuua enim me, filia, si potes: *Miserere mei, quæ ardeo igni, & ab ipso consumor: miserere mei, quæ in huiusmodi cruciatibus exanimor*. Cum autem filia, obstantes, immo ob ipsam æternitatis necessitatem ac legem, id facere non posset, vehementer commota ingemuit, & altissima voce exclamauit. Ad quem clamorem, qui in eadem domo erant, excitati, igneque accenso, accurrentes, omnia ordine, narrata audierunt, & contremuerunt.

Hinc Virgo constituit, patris, non matris posthac vestigia sequi, *cognoscens, multam esse bonorum retributionem operum, & malorum actuum turpis vitæ maximas esse poenas.*

Psal. 118.  
160.

X.  
INFERNVM  
QVI CRE-  
DIT, AVE  
NON CRE-

nas.

**DIT, QUID FACIAT?** *nas.* Hinc probauit patris sui, in tot morbis & malis, patientiam. Hinc ipsa agnouit, illi profuisse, tot & tam diuturnos morbos: ac ne ipsa, in hac vita, delicijs æterna gaudia amitteret, æterna tormenta mereatur, secessit in eremum. Hinc tot ieiunijs, cilicijs, flagellis, vigilijs, se castigauit. Hinc eius & exemplo, & narratione, tam multi conuersi, timuerunt, ne felicitate temporali fruente suam mercedem cum diuite epulone hinc reciperent: & gauisi sunt, si in varias tentationes ac tribulationes inciderent: cum & Iacobus dicat: *Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideritis.* E duobus malis minus est eligendum. Si luendum est, præstat hinc luere, quàm ibi; tempore paruo, quàm in æternitate. Hinc homines sunt patientes; hinc libenter in confessione se se demittunt; hinc corpus domant; hinc voluptatibus etiam licitis abstinent; hinc in varias religiones, in cœnobia, in Carthusias, in eremos se abdunt. Nihil illis difficile est, qui volunt illa terribilia, immensaque euitare; immò qui seriò credunt, vti in hac vita misericordiam, ita in altera iustitiam Dei esse infinitam, à qua in inferno, quisquis in mortali

**Iac. 1. 2.**

tali

tali peccato moritur, æternùm sit puniendus. Quòd si quis existimet, sicut ego quidem novi multos putare, ait S. Chrysolomus, terroris causa, etiam in parvis exaggerari minas præceptis, superest, ut adulteros, masculorum, concubitores, molles, & idololatrias memorato illo supplicio eximant. Quòd si terroris tantùm causa & non pro veritate supplicia promittuntur; consequens erit etiam, ut bonorum pollicitationes adhortandi tantummodo, & non veritatis gratia promittantur. Et si ita de utraque parte sentiamus, resoluta sunt omnia religionis nostræ dogmata, si nihil aliud in omnibus mandatis ac præceptis diuinitus datis agi dicitur, nisi ut aut bonorum vana spes homines, aut pœne terror inanis astringat. Et paulò post. Illa diabolica deceptio est, quæ hæc ad terrorem dicit hominibus scripta, ut resoluat diuini iudicij meritum, & remissiores nos erga obedientiam reddat, & custodiam mandatorum Dei. Ob hoc enim tales diabolus suggerit sensus, & intelligentias huiusmodi ignauas animas docet, ut presentis interim temporis resoluat vigorem, arguendas sine dubio in die iudicij, ubi jam pœnitentia nihil proderit. Quid enim utilitatis erit huic, qui nunc seducitur, si tunc intellexerit errorem suum, cum pœnitendi jam non erit tempus?

Non

S. Chryf.  
lib 1. de  
contrit.  
cap. 21

Non ergo inaniter decipiamus nosmetipsos, neque circumscribamur in perniciem nostri, neque aliam nobis poenam incredulitatis crimine conquiramus. Non enim solum si inobedientes simus mandatis Christi, sed & si increduli existamus, supplicia nos manebunt. Non credere autem ex eo accidit, cum viribus deficiamus ad explenda mandata: dum enim commoda, quae nobis ex obedientia proveniunt, nobis comparare volumus, neque ea facere, quae praecepta sunt, ut animum futurorum metu liberemus, conscientiae pondere grauari & praefocati parati supplicij timorem abicere omnem studemus, & in aliud nos barathrum precipites agimus, dum tormentis illis fidem abrogamus. Et quemadmodum saepe homines aegri, cum multis febris aguntur, si in aquas semetipsos frigidas iniecerint, ad praesens quidem aliquid videntur sibi quasiuisse solatij, multiplicatas vero corpori suo flammam febrium reparant: ita & nos agimus, cum stimulamur conscientia peccatorum, & in Euripum nos, vel lacus contritos prava intelligentia precipitamus. Ex hoc enim iam necessario quasi licite peccamus. Sic enim quasi per licentiam feritas increfcit.

XI.  
IMPROBOS  
SPECULUM

Sic matri accidit supradictae, sic accidit plerisque peccatoribus. Quod non credunt, non